

ORATIONES CAUSALES

Iūlius et Aemilia amīcōs in convīvium vocant. Cornēlius p̄rimus venit.

QUOD, QUIA + ind: alter causam ignōrat

quod: factum significat

Cornēlius: “Salvēte!”

Iūlius: “Salvē, Cornēlī! Gaudeō **quod** v̄enistī.”

quia: quaestiōnem respondet

Aemilia: “Salvē! Cūr uxor t̄ecum nōn v̄enit?”

Cornēlius: “Uxor m̄ecum nōn v̄enit, **quia** aegrōtat.”

+ eō, ideō, idcirco, propterea, proinde, ob eam rem

Aemilia: “Ergō **quod** aegrōtat, **ideō** eam herī in forō nōn inv̄enī.”

+ conī: causa r̄iecta aut ab aliō data

Cornēlius: “Eam herī in forum nōn v̄enit, nōn **quod** aegrōtāret, sed quia Tulliam v̄isum iit.”

QUONIAM, QUANDŌ(QUIDEM) + ind (= postquam): alter causam nōvit

Aemilia: “Num Tullia quoque aegrōtat?”

Cornēlius: “Ita est: cr̄edō quidem uxōrem morbum nactam, **quandō** Tulliam v̄isitāvit.”

ŌRĀTIŌNĒS CAUSĀLĒS ET TEMPORĀLĒS

dum + ind: causa inv̄ita simul cum aliā r̄ē

Aemilia: “Cav̄ere oportet nē diūtius aegrōtīs assideāmus.”

Iūlius: “Aegrōtīs assidēmus, **dum** putāmus nōs morbum nanc̄iscī nōn posse. Sed familiārēs eōs tuērī dēbent ut quam p̄rimum ex morbō convalēscant.”

ubi + ind = ubi p̄rimum, postquam

Cornēlius: “Cōnsentiō. Vōs autem, **ubi** uxor in morbum nūper cecidit, prae-monēre nōn potuī.”

(praecipuē, praesertim, quippe) cum + conī: adiūncta significat

Aemilia: “Ergō abis?”

Cornēlius: “Profectō abeō, **quippe cum**, ut Iūlius dīxit, familiārēs aegrōtōs nostrōs tuērī dēbeāmus. Valēte!”

cum + ind

Iūlius: “Valē, Cornēlī! Ut uxor tua quam p̄rimum convalēscat!”

Aemilia: “Gaudēbimus **cum** ambō aliās v̄eneritis!”

Cornēlius abit.

ŌRĀTIŌNĒS CAUSĀLĒS ET MODĪ

ut + ind

Aemilia: “Uxōrem Cornēlī cr̄ās v̄isitāre dēbeō.”

Iūlius: “Dēbēs, sed, **ut** pestilentīā aegrōtat, nōlī diūtius eī assidēre!”

r̄ēicere -iēcisse -iectum = negāre

nanc̄iscī nactum = invenīre (inexpectatum); morbum nanc̄iscī: morbum accipere ex aliō | nactam esse v̄isitāre = v̄isum īre temporālis -e < tempus inv̄itus -a -um ↔ libēns as-sidēre + dat = prope sedēre

familiāris -is m/f = amīcus con-valēscere = validus fierī, s̄anāre cōn-sentīre = idem sentīre in morbum cadere: aegrōtāre prae-monēre

adiūncta -ōrum n = r̄ēs inter sē cōnēxae (=coniunctae)

ut = utinam aliās adv = aliō tempore

pestilentia -ae f = morbus quī multōs simul afficit

sicut

Aemilia: “Quid? Nōne dīxistī nōs aegrōtōs tuērī dēbēre?”

Iūlius: “Dīxī ‘familiārēs aegrōtōs tuērī dēbēre’: tū eī nōn familiāris, sed sodālis es. Cornēlius autem, **sicut** eī coniūnx est, et familiāris.”

sodālis -is *m/f* = is quīcum convenīre solēmus in rēbus laetiōribus (ut convīvīs)

tamquam, quasi

Aemilia: “Uxōrem Cornēliī vērō amīcam potius quam sodālem habeō.”

Iūlius: “Eam ‘amīcam’ vocās, **quasi** eō rependās quod nōn ferē convenitis.”

re-pendere = onus aequāre (=aequus facere)

ALIA

adverbia interrogātiva: quārē, quamobrem, quāpropter, quōcircā

Aemilia: “Certē nōn ferē convenimus, **quārē** eam aegrōtam vīsītāre cupiō.”

interrogātīvus -a -um < interrogāre

adverbium quantitātis: quātenus

Aemilia: “Mē enim ‘amīcam’ vocārī possum **quātenus** tam in bonīs quam in malīs amīcīs adsum.”

sīquidem: coniūctio causālis et condiciōnālis

Iūlius: “**Sīquidem** amīca eī es, certē eam aegrōtam vīsītāre et cupis et dēbēs. Nunc vērō, sī etiam convīvīs sodālis, eōs mēcum accipiēs.”

condiciōnālis -e < condiciō

sodālis *es*

prōnōmen relātīvum: quī

Aemilia: “Sānē convīvās accipiam, **quae** cum eōrum sodālis tum tibi coniūnx sum.”

cum ... tum = et ... et (praecipuē)

participium

Iūlius: “Mihi coniūnx es mē **amāns** potius quam convīvās **accipiēs**.”

ablātīvus absolūtus

Tandem Iūlius et Aemilia, **omnibus convīvīs acceptīs**, in trīclīnium sē conferunt.

sē conferre = ire



*Ioannes Paulus Ferdinandi Fluminis sive Murgensis
hoc textum auxiliare ad methodum LLPSI composuit
a.d. VIII kal. Aug. MMXI*

Hoc opus consignatum est sub [Creative Commons diplomate](#)